

Proper Mass of St Patrick

(composed for certain dioceses in Ireland)

Introitus (Gen. xii, 1-2a; Ps. 104:1)

Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi; faciamque te in gentem magnam. (T.P. Alleluia, alleluia.) Ps. Confitemini Domino, et invocate nomen ejus: annuntiate inter gentes opera ejus. Gloria Patri...

Oratio

Deus, qui ad prædicandam gentibus gloriam tuam, beatum Patricium Confessorem atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis et intercessione concede; ut, quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dnum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. (X, 10-18)

Fratres: Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Judæi, et Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.

Introit (Gen. xii, 1-2a; Ps. 104:1)

Go forth from thy land and thy kindred, and thy father's house, and come into the land which I shall show thee; and I shall make thee into a great nation. (P.T. Alleluia, Alleluia). Ps. Praise the Lord and call upon His name; announce His works among the nations. Glory be...

Collect

O God, Who didst deign to send the blessed Patrick, Thy confessor and bishop, to preach Thy glory to the nations; grant, by his merits and intercession, that whatever Thou dost instruct us to do, we may be able to carry out by Thy mercy. Through our Lord.

Epistle (Romans 10: 10-18)

Brethren: For, with the heart, we believe unto justice; but, with the mouth, confession is made unto salvation. For the scripture saith: Whosoever believeth in him, shall not be confounded. For there is no distinction of the Jew and the Greek: for the same is Lord over all, rich unto all that call upon Him. For whosoever shall call upon the name of the Lord, shall be saved. How then shall they call on him, in whom they have not believed? Or how shall they believe him, of whom they have not heard? And how shall they hear, without a preacher? And how shall they preach unless they be sent, as it is written: How beautiful are the feet of them that preach the gospel of peace, of them that bring glad tidings of good things! But all do not obey the gospel. For Isaias saith: Lord, who hath believed our report? Faith then cometh by hearing; and hearing by the word of Christ. But I say: Have they not heard? And indeed, their sound hath gone forth into all the earth, and their words unto the ends of the world.

Graduale (Ps. 104:17,19)

Misit ante eos virum: in servum venundatus est Joseph. *℟*. Donec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammavit eum.

Alleluia (Ps 104:21) [*Ante Septuagesima*]

Alleluia, alleluia. *℟*. Constituit eum dominum domus suæ: et principem omnis possessionis suæ. Alleluia.

Tractus (Isaïæ xlii, 6-8) [*Post Septuagesima*]

Ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendi manum tuam, et servavi te; et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium. *℟*. Ut aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. *℟*. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus.

Alleluia (Ps 104:21,24) [*Tempore Paschali*]

Alleluia, alleluia. *℟*. Constituit eum dominum domus suæ: et principem omnis possessionis suæ. Alleluia. *℟*. Et auxit populum suum vehementer: et firmavit eum super inimicos ejus. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam (X, 1-9)

In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta; et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes, et bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

Gradual (Ps. 104: 17-19)

He sent a man before them: Joseph, who was sold into slavery. *℟*. Until his word came. The word of the Lord inflamed him.

Alleluia (Ps. 104:21) [*Before Septuagesima*]

Alleluia, Alleluia. *℟*. He made him lord of his household; and prince over all his possessions. Alleluia.

Tract (Isaïas 42:6-8) [*After Septuagesima*]

I, the Lord, have called thee in justice, and taken thy hand, and saved thee; and gave thee as a covenant to the people, a light to the nations. *℟*. That thou shouldst open the eyes of the blind, and lead the imprisoned from confinement, those that sit in darkness from their prison. *℟*. I am the Lord, this is my name; my glory shall I give to no other, nor my praise to graven things.

Alleluia (Ps 104:21, 24) [*In Paschaltide*]

Alleluia, alleluia. *℟*. He made him lord of his household, and prince over all his possessions. Alleluia. *℟*. And he increased his people exceedingly; and strengthened him over his enemies. Alleluia.

Gospel (Luke 10:1-9)

At that time: Lord appointed also other seventy-two: and he sent them two and two before his face into every city and place whither he himself was to come. And he said to them: The harvest indeed is great, but the labourers are few. Pray ye therefore the Lord of the harvest, that he send labourers into his harvest. Go: Behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say: Peace be to this house. And if the son of peace be there, your peace shall rest upon him; but if not, it shall return to you. And in the same house, remain, eating and drinking such things as they have: for the labourer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into whatsoever city you enter, and they receive you, eat such things as are set before you. And heal the sick that are therein, and say to them: The kingdom of God is come nigh unto you.

Offertorium (Gen. xv, 5)

Eduxit eum foras, et ait illi: Suspice cælum, et numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. (T.P. Alleluia.)

Secreta (cf. Mal. i, 11)

Acceptabilis tibi sit, Domine exercituum; hæc oblatio munda: quam per beati Patricii labores ab ortu solis usque ad occasum magno Nomini tuo in gentibus offerri voluisti. Per...

Communio (Judith xv, 11b)

Manus Domini confortavit te, et ideo eris benedictus in æternum. (T.P. Alleluia.)

Postcommunio

Deus, qui sacramentum corporis et sanguinis tui in caritatis pignus inter omnes populos instituisti, concede propitius: ut, quos divino mysterio consecrasti, iidem, beato Patricio intercedente, pacis et concordiae vinculis in dies arctioribus jungantur: Qui vivis...

Offertory (Gen. 15:5)

He led him forth, and said to him: Look up to heaven, and number the stars, if thou canst. And he said to him: So will thy seed be. (P.T. Alleluia.)

Secret (cf. Mal. 1:11)

Let this pure offering be acceptable to Thee, O Lord of Hosts: which Thou, through the labours of blessed Patrick, didst wish to be offered to Thy great Name among the nations from the rising of the sun even to its setting. Through...

Communio (Judith 15:11b)

The hand of the Lord hath strengthened thee, and therefore thou wilt be blessed forever. (P.T. Alleluia)

Postcommunio

O God, Who didst institute the sacrament of Thy Body and Blood as a pledge of charity among all peoples; graciously grant that those same people whom you have consecrated through the divine mystery may, through the intercession of blessed Patrick, be joined by the firmer bonds of peace and concord in our days: Who livest...